



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Qualiter sponsalia mutuo consensu dissolui possint. Pun. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

*Si Princeps legitima uerit, ut ex communis sententia docent Comaru. 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 1. num. 12. Molin. lib. 2. de primo*gen. cap. 7. num. 40.* Marienzo lib. 5. recipiat. iur. 8. leg. 6. gloss. 8. numero 19. ex lege Galles. §. instituens ff. de liberis. & postquam. Item vobis factum ab Episcopo ingrediendi religionem, si Pontifex dispensaverit validum est, ut diximus ex communis sententia tract. de vero. Item litigantes super beneficio licet pacientur de pensione concedenda Pontificis permisit.*

8. Notariorum dixi Pontifex solitus sit dispensare, adgit que legi causa dispensationis, nam si Pontifex non solet dispensationem concedere, merito impossibilis reputari debet conditio, si vero causa dispensandi non adsit, turpis reputanda est. Qo sensu intelligenda sunt lex 1. lex stipulatio & lex continua in contrarium adductae; Ad legem inter stipulantes dico stipulationem rei sacrae, & publicae, hominibus liberis relatam in tempore, quo res facia fieri profana, & publica priuata, & homo liber seruus, esse nullam, quia est conditio inculcus, & tristis derogans dignitatem, & statum hominis liberi, rei sacrae, & publicae, similis autem conditio potius timenda, quam expectanda est, *lege cum tale in iniuria de conditio. & demonstrat.* Ad rationem, qua mœtu Henrici concedo predictam conditionem per fe, & seculum pacto esse minus honestam, nego tamen esse inhonestam; autem. Posita autem mutua contractantem obligationem honestissima est. Neque obest lex si stipulat, quia intelligi debet de promissione absoluta, non conditionata; in qua non exprimitur ea conditio, si Princeps voluerit dispensare, nam ea causa regulanda est stipulatio secundum tempus praesens, & cum eo tempore sunt inhabiles ad contrahendum, profilio nulla est. Neque referuntur subintelligi ei predictam conditionem, quia cum sit extinxit contrauit, & aliena à iure, nequit subintelligi, sed oportet exprimi ex iure conditione extrinsecas, ff. de conditione. & demonstrat. Alius absolute contractantes in gradu prohibito non incursum excommunicationem latam in Clementina unica decontingunt, sicut non incursum, cum exprimum conditionem, si Pontifex dispensare voluerit. Atque ita tradunt Goli, capite 1. §. ille vero de sponsalibus in 6. Comaru. 4. deu. 1. parte capite 3. initio numero 7. Gutierrez. libro 1. canon. 1. capite 22. numero 17. Sanchez. libro 5. de matrimon. 1. p. 5. q. 3. n. 26. Rota apud Seraphinum. decisi. 11. 5. 6. Basili. Ponce lib. 3. de matr. cap. 1. n. 7. & libro 2. cap. 7. n. 1. Riccius pax decisi. 4. 8. aduersus Gutierrez. canon. q. lib. 1. cap. 12. n. 14. & de matr. cap. 7. 8. num. 4.

9. Secundo difficultas, An quilibet ex his contractantibus ante & post imprestatam dispensationem resilire possit alio iure? Affirmat Gutierrez. lib. 1. can. quest. capite 22. numero 17. & legentib. & de matr. cap. 7. 8. num. 1. Et 2. Mag. Rod. 1. t. 1. p. 5. cap. 2. 4. num. 9. Mouent ex eo quod predictus consensus est longe debilius, quam consensus impuberum qui renocari potest pubertate adespici. Ergo etiam huius impedimento per dispensationem renocari poterit predictus consensus inhabilium. Ergo a fortiori potest renocari huius impedimentoum, cum nullibi cauimus sit contrarium, sicut est in impuberibus, qui durante impuberitate impeditur a renocatione, ne passim contrahant, & recocent.

10. Sed oppositum omnino tenendum est, nemini ex his contractantibus licitum esse resilire, neque ante, nec post imprestatam dispensationem: sic tradit Sanchez. lib. 5. de matr. 1. p. 5. num. 13. Rota apud Seraphinum. decisi. 7. 2. num. 17. & decisi. 8. num. 10. Et decisi. 1. 5. 7. num. 4. Basili. Ponce lib. 3. de matrimon. capite 13. numero 2. Ratio est manifesta; i contractantes sibi inimicem obligantur ad rem promissam non absoluere, sed dependent a conditione: at si pro libito rausquaque resilire posset ab obligatione, sibi inimicem obligari non esset. Neque obstat quod impuberis obligantur, & nulla pubertate resilire possint, quia id non iure naturae, sed iure artis & iure positivo concessum est, quod durante impuberitate non permititur.

11. Tertia difficultas, An conditione adueniente, sub qua contractantes obligantur sunt vera sponsalia absque novo contractu? Ceterum est ante implatum conditionem sponsalia non elegi, non est obligatio absoluta, & directa matrimonii, quod necessario ad sponsalium valorem, ex quibus oriantur impedimentum publice honestatis requiritur, ut deciditur in cap. 3. de sponsalibus in 6. Post conditionem implata affirmat Henric. lib. 12. de matr. capite 13. in fine. Angles florib. 1. parte quest. 2. de conditione contractato. art. 7. 1. capite 13. & quest. 12. si impedimento disparis cultus, dub. 2. nouum consensus necessarium esse, ut predictus contractus sponsalium obligacionem constituit, eo quod consensus antecedens prout ab impediente inhabilis est, ergo tractus temporis conualescere non potest. Sed oppositum omnino tenendum est cum Sanchez. lib. 5. p. 5. num. 24. Basilio Ponce lib. 3. cap. 1. 4. n. 7. Coninch. decisi. 2. dub. 1. num. 2. 1. Ratio est, quia obligatio conditionalis posita conditione transit in absolutum, & licet illa obligatio fiat a personis inhabilibus, & impeditis, sed non quantum inhabiles, & impediti sunt, quia non sit pro tem-

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

pore, quo sunt inhabiles, sed pro tempore quo habiles sunt futuri, quippe censendum est fieri tempore habili, quod in tempus habile referatur, sicut est contra censetur fieri tempore inhabili, quod referatur in tempus inhabile.

12. Quarta difficultas, An promittens consanguinitas matrimonium sub predicta conditione, si Pontifex dispensaverit, teneatur dispensationem procurare? Affirmant Taberna verbo sponsalia quasi. 8. num. 9. Armilla num. 1. Petr. de Ledesm. de matr. quest. 47. art. 5. dub. 2. quos referit, & sequitur Sanchez lib. 5. de matr. disp. 5. quest. 6. num. 36. Dicuntur, quia matrimonium illud promissum perfici non potest absque dispensatione. Ergo promittens matrimonium, tacite promittit, que ad illius consecutionem necessaria sunt.

Sed verius est nullam esse obligationem procurandi dispensationem, rametsi sub predicta promissione matrimonij virginem violafies, scilicet docuit Nasau. lib. 4. consil. tit. de sponsal. consil. 2. in prima edit. (licet in 2. edit. tit. de consanguinit. consil. 5. limitauerit sententiam, cetero que virgo violata sit.) Coninch. disp. 2. 9. dub. 2. num. 35. Moecor, quia posito quod dispensationem procurare non promiseris, non potes ad illam procurandam obligari, nisi quatenus te obligasti ad contrahendum matrimonium: at ad contrahendum matrimonium non te obligasti absoluere, sed posita dispensatione, quam tamen non promisisti, ergo illam procurare non es obligatus. Sicuti cum promisisti matrimonium sub conditione, si pater consentiat, non obinde teneris consensum patris procurare, procure autem ille cuius intereat. Si ramen cum promisisti puella matrimonium, dixeris facili te posse dispensationem imperare, & sub ea spe puella desiderationi consentit, teneris sine dubio dispensationem procurare, quia ea causa tacite, vel potius expressa eam proactionem promisisti, vi bene notauit Coninch. dicto dub. 2. num. 35. Non tamen videris obligatus tuis sumptibus eam impetrare dispensationem, nisi ad te obligaueris expresse, quia negotium commune est, & consequenter sumpus communis esse debet, ut dicit Sanchez. dicto lib. 5. disp. 5. num. 37. nec dissentit Coninch. loc. cit.

P N C T V M X V I I .

Qualiter sponsalia mutuo consensu dissolu possint?

1. Sponsalia multipliciter dissolu possunt.
2. Dissoluuntur ex mutuo consensu.
3. Satisfit quibusdam oblationibus.
4. Supradicta doctrina intelligitur, etiam si iuramento sponsalia confirmata sint.
5. Impuberis sponsalia contractantes resilire non possunt, quousque pubertatem attingant.
6. Si pubes cum impuberis contraherit, puberi non permittitur resilire.
7. Si parentes pro filiis impuberibus sponsalia contrahant, filii non est datum resilire, quousque puberes sint.
8. Negant plures resilire posse impuberis, si sponsalia iuramentata sunt.
9. Verius est oppositum.

1. **H**ucusque egimus de sponsalium natura, nunc de illorum dissoluitione agendum est. Sponsalia namque cum non sine sacramentum, sed via ad sacramentum matrimonii suscipiendum, possunt sicut & alii contractus variis modis dissoluiri.

2. Primo, & praecipue dissoluuntur ex mutuo contrahendum consensu, ex Textu in cap. 2. de sponsalib. vbi Innocent. inquit, Videtur quod instar corum qui societatem interposita fide contrahant, & postea eandem fidem remittunt, hoc positi in patientia tolerantur. Res enim per qualcumque causas nascitur per eas dissoluiri potest; si solubilis est, ut est regula iuris, & cap. omnis 15. 27. quest. 2. & obligationes que consensu conterantur, contraria voluntate dissoluuntur. §. ult. inst. quib. mod. oblig. tollent. Debet autem huiusmodi remissio sponte fieri non coacta, alia nulla erit. Item debet esse altera nota, & ab eo acceptara. Non enim dissentient liber ab obligatione esse potest, quousque eius dissentias alteri gravis sit, ut bene notauit Basili. Ponce lib. 12. de sponsal. cap. 9. m. 1. ex omnium sententia.

3. Neque his obest, quod in predicto cap. 2. de sponsal. dicunt eos qui de matrimonio contrahendo fidem dederunt admonendos esse, ut predictam fidem feruent. Si autem se adiuvent admittere noluerint, ne forte inde deterius contingat esse in patientia tolerandum. Si igitur haec dissolutio patientes toleranda est, iure ipso nequit fieri, alia non esset, ut predictam fidem præstari feruent, si nullum illius seruandæ obligationem habent, sicut ponderauit Ioann. Andr. cap. de illo. num. 1. in fine de sponsal. Lancello. inst. iuris Canonici. lib. 2. tit. de sponsalib. verbo, tolerari. Non inquam obest, nam ut tradunt Innocent. Holtiens. Henric. & alii plures apud Sanchez. lib. de sponsal. cap. 5. 3. & 6. & Gutierrez. cap. 2. 4. de matr. 1. 1.

D 2 Ponsi

Pontifex sic respondit spectata vulgi opinione existimantis vinculum sponsalium offendit, si ex mutuo consensu dissoluantur, non quia vere offendetur, alia non induceret similitudinem societas, que secundum omnes mero iure solo mutuo consenso dissolui potest. Aliis est quantum numero est Layman lib. 3. sum tract. 10. cap. 2. num. 1. placet Innocentium dixisse praedictam dissolutionem tolerandam esse eo casu quo mulier cupit sibi fidem seruari: at sponsus ab illa abhorrens modis omnibus renuit, & procurans sibi remissionem fieri: quia tunc moneri debet: quod si non acquisiescat, nec bonus exitus speratur toleranda est remissio, que ex parte mulieris sit, non mera voluntate, sed involuntario admixta, & non sine peccato ex parte viri quod toleratur, & permititur, sed non approbat. Sed displaceat mihi haec explicatio, vt pote energians fundamento, quo omnes Doctores mouentur assertare sponsalia mutuo consensu licet dissolui posse: omnes enim, ipseque Layman ex ipso textu id colligunt. At si praedicta explicatio vera esset, praedictus textus dissolutionem sponsalium ex mutuo consensu non probaret, nam consensu mulieris nullus est vi pote involuntario admixta, ac proinde ex illo consensu non dissoluuntur, sed dissoluuntur ex timore gravioris mali, & iniqui exitus. Ego vero existimo Pontificem assertasse praedictos sponsos monendos esse, vt fidem seruent, quando nullam rationabilem causam habent resiliendi ab sponsalibus, quia eis quodam leuita & inconstituta, & obliquiorum occasio. Quod si noluerint, ne deterius contingat, eorum dissolutionem mutuo consensu factam tolerandam esse.

4. Addi vero praedictae doctrinae debet, etiam si iuramento sponsalia confirmata sit, possumus enim ex mutuo consensu dissolui, qui iuramentum, quod in favorem alterius factum est tacitam imbibit conditionem, nisi aliud remiserit. Quod adeo verum est, ut etiam intima pietatis, & in honorem Dei iuranter feminam pauperem ducere, illius remissione ab obligacione praedicta liber exstas, quia necessitas tale iuramentum conditionem imbibit, si feminam pauperi matrimonium gratum fuerit, unde illa matrimonium respetu iuramenti materia cessat, & obligatio, vt bene alii relatis docent Coninck. disp. 2. 3. art. 1. Sanch. lib. 1. disp. 52. art. 7. Basil. Ponce lib. 12. cap. 9. n. 2. Gutierrez. de matr. cap. 24. num. 1.

5. Praedicta intelligenda sunt de sponsalibus puberum, nam de impuberum sponsalibus alia est dispositio, vt constat ex cap. de illis, et c. a nobis de desp. impuber. quippe impuberis sponsalia contrahentes resiliere non possunt, quousque pubertatem natu sunt, & merito: ne passum resiliant, & passim contrahant. Adveniente pubertate qui prius illam attigerit resiliere potest, neque opus habet expectare pubertatem alterius, cum solum ex eius dissensu post pubertatem permisso sponsalia dissoluantur. Quinimum statim ac pubertatem attigerit, reclamare debet: alioquin sponsalia firmavit, ac si post pubertatem illa contracta sit, ut bene adiuvant pluribus relatibus Sanch. disp. 51. num. 14. Basil. Ponce cap. 9. num. 4. Gutierrez. cap. 29. num. 3. & colligitur manifeste ex dicto cap. de illis, ibi: si cum ad annos pubertatis venerint, reclamauint, separarentur, separandi ergo non sunt, si non reclamarunt: statim autem reclamare centent, si intra triduum, postquam agnoverunt pubertatem attigisse, reclamauerint, argum. Textus in leg. fin. Cod. de eorum adlocati ibi in continentis & leg. fin. Cod. de iudicis. ibi: illice autem id est intra triduum, & ibi Bald. & Felim. in capit. veniens el. 2. num. 15. de Tefibis. Mandos. de monitoris, quaf. 2. 1. num. 8. Sanch. dicta disp. 51. num. 4. Gutierrez. cap. 29. num. 3. Basil. Ponce dicto cap. 9. num. 4. & alii apud ipsos. Hoc tamen diffluens, & reclamatio esto Thom. Sanch. num. 16. & Gutierrez. num. 7. censeant pro foro conscientiae sufficiere, si interius fiat, mihi contrarium placet; nam sicut ad contrahendas sponsalia, non sufficit interior consensus, nisi exterior manifestetur: se nec sufficiere potest ad contra dissoluenda dissensus interior nisi manifestetur exterior, ut notauit Basil. Ponce dicto cap. 9. numero 1. Manifestari autem expedit coram Episcopo, vel eius vicario, & ipsi deficiensibus coram honestis personis iuxta Textum in capit. fin. de appellationib. & tradit alii relatibus Sanch. lib. 1. disput. 51. numero 17. Gutierrez. capit. 29. numero 7.

6. Quod si pubes cum impuberis sponsalia contrahunt filii, non est datum resiliere quousque puberes sint, si sponsalia valida fuerint; scilicet si fuerint in invalida, vt dicit Ioann. Andr. dicto cap. de illis num. 4. Ancharr. ibi num. 4. & alii, quos sequitur Sanch. disp. 51. num. 12. Gutierrez. cap. 29. numero 10. Neque his obstat Textum in capit. 1. de desp. spon. impuber. inquiens. Potest pater filium nondum adulatum, cuius voluntas discerni non potest cui vult matrimonio

7. Cum vero parentes pro filiis impuberis sponsalia contrahunt filii, non est datum resiliere quousque puberes sint, si sponsalia valida fuerint; scilicet si fuerint in invalida, vt dicit Ioann. Andr. dicto cap. de illis num. 4. Ancharr. ibi num. 4. & alii, quos sequitur Sanch. disp. 51. num. 12. Gutierrez. cap. 29. numero 10. Neque his obstat Textum in capit. 1. de desp. spon. impuber. inquiens. Potest pater filium nondum adulatum, cuius voluntas discerni non potest cui vult matrimonio

tradere; & postquam filius peruenit ad perfectam etatem omnino debet hoc adimplere; quia inquit ibi Giosfa, & Paracelsus: debet filius eam voluntarem non ex necessitate, sed ex honestate adimplere, seu vt placet Canisio, ibi: debet factum patris approbare, dum causam reclamandi iustum non habet. Et licet in hac parte non videatur Textus differentiam inter filium puberem, & impuberem constitutre, cum tunc teneatur ex quadam decencia, & honestate patris voluntatis sequi; dum causam rationabilem non habet ab ea descendat: puses non tenetur aliam etatem maturiorem experitare ad consensum praestandum, bene tamen impubes.

8. Sed quid dicendum si impuberis sponsalia iurantur, poteruntne puberem adapti ab eis resiliere? Negan plibus relatis Couarub. 4. decret. 1. p. cap. 5. §. 1. n. 3. & de pactis 1. part. §. 1. num. 3. Sanch. disp. 51. quaf. 3. num. 3. & 24. Guncius. cap. 29. num. 12. Mouentur ex cap. ex litteris 1. de sponsalib. ibi inquit Textus eos impuberis quia sponsalia contraherunt, & iuramento confirmant cogentes esse ad contrahendas matrimonium. Ergo signum est iuramentum virtus ex tempore, & contractum firmanum, & irreuocabilem efficeri subdunt ramen predicti Doctores impuberem debere esse pabaturi proximum; alias eius iuramentum contractum non fieri.

9. Ceterum longe verius existimo impuberis sponsalia iurantem posse aucta puberetate ab sponsalibus resiliere, scilicet si iurata non essent. Dicor; quia iuramentum seQUITUR naturam actus, cui adherat, nisi a iure contraharii dispositum sit: at nullibi est dispositum, quod iuramentum sponsalia fieret impuberum, nam praedictus Textus in capite ex litteris id non conuinco, illi enim impuberis, qui ibidem dicunt cogendi sunt impuberis ita proximi puberetatis, ut matrimonium de praesenti contrahere possent, quinimo sponsalia fierint; ergo iuramentum illud non propriè confirmat sponsalia impuberum, sed puberum. Atque ita docent Antonius. cap. de illis 1. de desponsat. impuber. num. 5. & ibi Cardinal. n. 2. Henric. cap. 2. de sponsalib. num. 9. Paludan. num. 4. d. 7. quaf. 1. art. 1. cap. 10. num. 28. Basil. Ponce. lib. 12. de marit. cap. 9. num. 8. & probabilem reputat Sanch. dicta disp. 51. n. 2. 1. que. 3.

P V N C T V M X V I I I .

Qualiter religionis ingressu sponsalia dissoluntur?

1. Non solum per professionem, sed per ingressum affirmant plures sponsalia ex parte viri que.
2. Alij negant ex parte aliquibus sponsalia dirimus.
3. Verius est dissoluti ex parte eius qui in seculo remaneat.
4. Negant plures sponsalibus iuratis posse iurantem in gradu nigerem.
5. Contrarium est omnino tenendum.
6. Explicatur Textus in cap. commissum de sponsalib.
7. Peccas si contrahas matrimonium animo ingrediendi religionem, sponsa ex animo non manifestato.
8. Decidatur quodlibet, an ad triduum sponsalibus iuratis, si solum religionis votum episcopatus possit matrimonium in re animo ingrediendi religionem ante consummationem.
9. Quid si votum missum sit ante sponsalia, & feminam deflorasti sub fide data de matrimonio contrahendo.

10. Ceterum est religionis ingressus, & professione sequitur dissolutio sponsalia sicut & matrimonium ex Textu e. 2. de conversione coniugator. Controversia autem inter Doctores est, An per solum ingressum sponsalia dissoluntur? Affirmant dissoluti tam eis manentis in faculo, quam ex parte religione sponsalibus iuratis, si solum sponsalibus iuratis, si non matrimonium latenter sponsalia. Tertiò potest ingrediendi religionem protestari se nolle sponsalibus renunciare, sed velle illis perfidere casu quo religio non placeat. At non obstante ea protestatione sponsalia dissoluta centur religiosus ingressus. Ergo non ex renunciatione, & cessione facta ab ingrediendi religione dissoluntur. Deinde neque ex mutatione status haec dissolutio prouent, siquidem vitroque religione ingrediendi haec mutatione cessaret. Effectur ergo sola perfectione factus absupti sponsalia dirimus, ac proinde ex parte viri que dissoluti. Quartio votum religionis cessat per ingressum in religionem bona fide factum, ergo cessare debent sponsalia, cum minus vinculum sit, quam religiosus votum.

2. Secunda